

634

ANNO M. D. L.

loco bene dicta detorquendo in meam perniciem
conuertere, & non incommode alicubi disputa-
ta in deteriore partem interpretando peruerte-
re: Ad hæc mihi est in animo, ex Psalmo istud:
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad lin-
guam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum car-
bonibus desolatorijs, seu Iuniperorum. Quæ qui-
dē, vt metuo, sagittæ aliquanto post infestius con-
ficiuntur, & carbones illi æstuabunt vehementius.
Ego vero orabo. Et si attingent me ista mala vi-
uentem, perpetiar, sicut hætenus feci, inimicorum
& maleuolorum alapas. Sin me mortuo incendi-
um excitabitur, & tela emittentur, oret posteritas
quoq;, & veritatis relictæ custos sit, animo simplici
& voluntate recta, & bona conscientia, quam, Deo
iuuante, mecum auferam. Sed nimis multa de his.
Tuam & tuorum salutem commendo filio Dei
μαρίτην καὶ σωτηρίαν generis humani. Bene vale.

Philippus Melanch.

II, 299 (Kopel - folio)

HONESTISSIMO // ADOLES-
CENTI // IOACHIMO // CAMERARIO
filio // clariss. Viri // Ioachimi // Camerarij //
S. D.

CARISS. fili. Meministi versum in quo nu-
meri sunt græci poëtæ, sed sententia diuina est.
ὄψις ἐπιπέων παυδέων τὰ λώια, δυσπέων δ' οὐ.
Parentes autem tui vera inuocatio e colunt De-
um & Ecclesiam adiuuant, & pater ornat eam mul-
tis egregijs monumentis. Ideo & familia eius Deo
curæ